

## OLEA STILLATITIA.

### OLEUM MENTHÆ SATIVÆ ESSENTIALE.

R. Herbae menthæ sativæ ficcatæ quantum velis,  
Aqua quantum sufficiat, ut herba commode  
innatare possit.

MACERA dies aliquot, dein destilletur eodem  
modo, quo AQUÆ STILLATITIÆ SIMPLI-  
CES. Oleum cum aqua ascendet, quod cum  
totum destillaverit, ab aqua separandum est.

## OLEA ESSENTIALIA

Herbae MENTHÆ PIPERITIDIS,  
SABINÆ,  
Summitatum RORISMARINI.  
Spiæarum florentium LAVENDULÆ,  
Seminum ANISI,  
Baccarum JUNIPERI bene contusarum,  
Radicis SASSAFRAS,  
PIPERIS JAMAICENSIS,  
Eodem fere modo destillantur. Semina vero  
F et

## 82 OLEA STILLATITIA.

a romita contundi, et ligna radi debent, ante macerationem. Tempus macerationis pro ratione texturæ et compagis varium erit. Tenerima vix ullam, tenuia molliaque duarum triumve dierum, duriora longiorem requirunt macerationem.

## OLEUM et SAL SUCCINI.

R. Succini in pulverem triti,  
Arenæ puræ partes æquales.

COMMIXTA injiciantur retortæ vitreæ, ut di-  
midia impleatur. Adaptato excipulo ampio,  
destilla ex arena, igne gradatim aucto. Pri-  
mo liquor aquosus cum paululo olei flavi, dein  
oleum flavum cum sale, tertio demum ignis  
gradu oleum subruberum et nigrum extillabit.  
Liquor ex excipulo effundatur, et oleum ab a-  
qua separetur. Sal a retortæ collo et exci-  
puli lateribus collectus, inter plicas chartæ em-  
poreticæ comprimatur, ut ab oleo adhærente li-  
beretur; dein solutione in aqua calida et crystal-  
lizatione fiat purus.

OLEUM

OLEA STILLATITIA. 83

OLEUM SUCCINI  
RECTIFICATUM

Frr quaternis, ex retorta qualibet vice mun-  
dissima, destillationibus, relicta toties in retor-  
ta olei parte circiter octava rejicienda.

BALSAMUM SULPHUREUM  
CASSUM

Cocco junci lutei, si alio subito fuisse, se  
vires sanguinis, ut coquuntur perfunduntur.

SULPHUR

F 2

OLEO: